Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

aequali timore fuiset. Erantque urbes in medio: et foris suburbana. De ipsis autem oppidis quae levitis dabitis sex erunt in fugitivorum asylia separata ut fugiat ad ea qui fuderit sanguinem et excepto his alia quadraginta duo oppida. id est simul quadraginta octo cum suburbanis suis. Haeccque urbes quae dabuntur de possessionibus filiorum israel ab his qui plura habent plures auferent. et quibus paucioribus. Singuli iuxta mensuram hereditatis suae dabunt oppida levitis. Ait dominus ad moysen. Loquere filiis israel et dices ad eos. Quando transieritis iordanem si fueritis iordanem in terra chanaan. decernite quae urbes esse debeant in quibus fugitivorum. qui nolentes sanguinem fuderint in quibus cum fuerit profugus. cognatus occisi eum occidere non possit. donec stet in conspectu multitudinis et cum illo iudicet. De ipsis autem urbibus quae ad fugitivorum subsidia separantur. tres erunt trans iordanem et tres in terra chanaan. terra filiis israel qui advenis atque peregrinis: ut confugiat ad eas qui nolens sanguinem fudit. Si quis ferro percusserit et mortuus fuerit qui percussus est reus est homicidii et ipse morietur. Si lapide iecerit et ictus occiderit similiter punietur. Si ligno percussus interierit: percussoris sanguine vindicabitur. Propinquus occisi homicida interficiet statim ut apprehenderit eum percutiet. Si per odium quis hominem impulerit vel iecerit insidias in eum et propter inimicitias: ad eum occidit inimicus manu percusserit et ille mortuus fuerit. percussor homicidii reus erit. Cognatus occisi statim ut invenerit eum interficiet. Ceterum si fortuito et absque odio et inimicus quique horum fecerit. et hoc audente populo fuerit comprobatum atque inter percussorem et propinquum sanguinis questio ventilata: liberabitur innocens de ultoris manu. et reducetur in urbem ad quam confugerat manebitque ibi donec sacerdos magnus qui oleo sancto unctus est moriatur. Si interfector extra fines urbium quae confugium deputatae sunt fuerit inventus et percussus ab eo qui ultor est sanguinis absque noxa erit qui eum occiderit. Debuerat enim profugus usque ad mortem pontificis in urbe residere. Postquam autem ille obierit. homicida revertetur in terram suam. Haec sempiterna erunt et legitima: in cunctis habitaculis vestris. homicida pluribus testibus punietur ad unius testimonium nullo condemnabitur. Non accipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis statim et ipse morietur. Exulet et profugi donec morte pontificis nullo modo in urbes suas iuvenis poterunt ne polluantur terram habitaculorum vestrae quae insontium cruore maculatur: nec aliter expiari potest nisi per eius sanguinem: qui alterius sanguinem fuderit: ita enim dabitur vobis possessio mea cum tentorio vobiscum. Ego enim sum dominus qui habito inter filios israhel:

XXXVI